

ASSERTUM I

Processiones divinae sunt per modum emanationis intelligibilis.

Intentio asserti.

Caetera asserta hoc in op^usculo ex assertis prioribus quodammodo deducuntur, et ideo praesens assertum, cum primum sit, non tam conclusio deducenda est quam principium in quod ascendi oportet

Quaeritur deinde utrum alia sit analogia unde aliter et melius
aeque
vel aequae bene a nobis hac in vita intelligi possit divina processio.

Aliquam mysteriorum intelligentiam hac in vita nobis esse et
possibilem et fructuosam docuit ipsum c. Vaticanum I (DB 1796).

Deinde quaeritur utrum alia sit analogia unde aliter a nobis hac in vita intelligi possit modus processionis divinae.

Quo^d initio asseruimus, divinam processionem esse per modum emanationis intelligibilis, nondum probavimus. Statuimus quidem divinam processionem esse per modum operati. Suppositionem seu hypothesin exposuimus secundum quam divina processio concipitur per modum emanationis intelligibilis. Sed quaestionem de facto nondum nondum tetigimus.

Proinde, hanc de facto quaestionem resolvere non possumus modo philosophico tetigimus nisi indirecte in parte dogmatica, ubi contra semirationalistas determinatur^m ^{est} divina mysteria neque in se intelligi neque ex effectu demonstrari posse ex principiis naturalibus per rationem rite excultam (DB 1816).